



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

B. Albertinvs, Veronensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**

**B. ALBERTINVS,  
VERONENSIS.**

**A**LBERTINVS postquam do-  
ctrinæ & sanctitatis opinio-  
ne Italiam impleret, à Lanfranco  
*Septula*, qui ab unione primus uni-  
versum Eremitarum S. Avgustini  
Ordinem Prioris Generalis titulo  
admisstravit, in Angliam destina-  
tus est, ubi Romani Pontificis au-  
toritate vineam Augustinianam  
plantaret, excoleretque. Profectus  
est illò circiter annum Domini  
millesimum ducentesimum, sexa-  
gesimum, & quartum: sed & quam  
nactus est spartam, egregiè orna-  
vit. Animarum ingentem messem  
horreo Ecclesiæ intulit, & mona-  
steria non pauca condidit, firma-  
vitque solidis religiosæ doctrinæ  
fundamentis. Inde ad suos rever-  
sus, vitæ reliquos dies non adeò  
multos multâ cum sanctitate Vero-  
næ exegit. Beatorum numerum  
auxil-

auxisse satis probârunt edita divinitus miracula: unde anno Christiano M. CD. VI. ei locus inter illos datus est, statque in altaris tabulâ ponè S. Nicolaum Tolentinatem, Beati prænomine & radio insignitus. Sepulturæ memoriam ex animis posteriorum anni edaces eroferant: sed restauravit eam in veteris chori demolitione repertum fortuitò saxum, quod loquitur *illic* (extra chorū, ad dexteram) *quis-*  
*sere corpus Beati ALBERTINI.*

L 3 B. HEN-